



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 135. Josephi Methonensis, & Gregorii Protosyncelli scripta adversus
Marcum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

*Josephi Methonensis & Gregorii
Protosyncelli scripta adversus
Marcum.*

Nec deerant tamen, qui Marci Ephesini commenta refellerent. Labbe Conc. to. 13. p. 677. & seq. usque ad. 739. Conscriptus quippe Josephus Methonensis Episcopus pro defensione Florentinæ Synodi apologiam ad modum Dialogi inter se, & Marcum concinnatam, in qua eidem pervicaciam, fraudes, & mendacia acerbo satis stylo exprobravit. Gregorius quoque Protosyncellus, qui Joannis Palæologi conscientiam moderabatur, ac postea in Patriarcham Constantinopolitanum electus erat, præfatam Marci epistolam, qua unionis Decretum impugnaverat, ad Patriarchas scriptam egregie confutavit, cunctaque hujus Decreti capita vindiciis illustravit longe præstantissimis. Exstat præterea ejusdem Gregorii, cognomento *Mammæ*, alia quædam fusiore calamo scripta epistola de processione Spiritus Sancti ad Alexium Comnenium Imperatorem Trapezuntinum, in qua Latinorum dogma, & additionem Symbolo factam præclare tuebatur, illamque postmodum Leo Allatius publici juris fecit.